



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 10. De quibusdam, qui piloso sunt corde.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

voce Græcas admittere eam formam imminuendi, quæ Latinis vsitata est, neque si Græci exiguum *παιδ* dicunt *μαρδ*, licere continuo Latinis pessulum eo sensu dicere: non sanè magis quàm logulum *ἀντ*λο-
μα, aut eiusmodi alia. ipsumq. Marcellum peccasse
arbitror, qui *μαρδ* pessulos vertit. Sed pessulus est
μαρδ. quo nomine significabant interdum iocan-
tes id quo mares fumus. Aristophanes:

Ταῖς ἀριστοτέλει γυναιξίν ἔστω ἡ νέον

Ἐλευν ἀνατὶ, λαβομένης τὸ πῦρ τάλκ.

Sulpicior & Horatium in illo versu,

nec tauri rucntis

In Venerem tolerare pondus,

quæ allegoriæ seruiret, eò etiam respexisse, quòd il-
lum partem Græci interdum *ταῦρον* vocant: vnde &
ταῦρος. Quin & temporibus Romuli, cum consulta
matronas Romanas, si fecundæ fieri vellent, à
capro miri oportere respondit, Græcè potius quàm
Latinè locuta est, neque tam caprum intellexit, quàm
ταῦρον, in quo præcipuum putatur esse reme-
dium aduersus mulierum sterilitatem.

De quibusdam, qui piloso sunt corde.

C A P. X.

ARISTOMENIS Messenij, qui trecentos Lace-
dæmonios occiderat, quique & fortitudine &
calliditate præstiterat, mortui cor hirtu & densa qua-
si filia pilorum obsitum repertum esse, tradit Plinius.
Item de Lyandro Lacedæmonio, qui & ipse tum
fortissimus tum astutissimus fuit, Græci quidam me-
moriz prodiderunt. Ipse quoque memini, cum Vene-
ris essem, sumptum esse capitis supplicium de nobili
quodam latrone, qui cum à carnifice dissecaretur, cor-
de ad

X de ad

Mureti
lectiones
II
28

de admodum piloso repertus est. Roboris quidam ab
 tix & calliditatis alij esse id argumentum volum.
 ingenti certè calore proficiunt, quo qui abundat
 & robusti esse, & callidi solent. Itaq. eruditus & gra
 diloquus poeta Nonnus libro xxvi. Dionysiacos
 biris populis ait esse cor densis vestitum pilis: sicut
 audacissimos esse, neque vnquam in praeliis metuo

τοῖς ἐν δυνατείων πικρὰν εἶχες, οἷσι καὶ αὐτῶν
 φεῖται ἀδυσέργων ἐκέρυτο το φθλα σαρβείων.
 τοῖσιν ἐνὶ κερδὶ λήλαται πείχες, ὧν χάριν αἰεὶ
 ψυχῆς δάπτει ἔχουσι, καὶ οὐ πτώσουσιν ἐπὶ οὐ.

De aduerbiis quibusdam, que aliter apud veteres
 terdum scribebantur, quam nunc solent. Emendat
 Ciceronis apud Fabium locus.

CAPVT XI.

QUOD nunc perpetuò *istinc* & *illinc* scribimus
 veteres nonnumquam *istim* & *illim* scribere so
 litos constat. Recteq. factū à Petro Victorio est, quod
 in libris Epistolarū Ciceronis, antiquam scripturam
 hac quoq. in parte cum fide representandam putauit
 vt in epistola ad Valeriū: *Qui istim nunc veniunt*, & alij
 locis. Huius autem rei ignoratione deprauatus est Ci
 ceronis locus ex epistolis ad Brutum, qui citatur à Cla
 bio: neque correctus ab eruditis hominibus, qui Cice
 ronis fragmenta studiosè collegerunt. Ita enim vnus
 legitur, *Veritus fortasse, ne nos in Catonem nostrum tra
 feramus illinc mali quid: etsi argumentum simile non est.*
 In vetusto autem Fabij codice, qui penes me est, haec
 modo: *Veritus fortasse, ne nos in Catonem nostrum tra
 ferremus illim aliquid: etsi argumentum simile non est.*
 Hoc ne cui leue videatur, moneo alios quoque primò

Ant
 Varian
 I